



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De laicis qui Ecclesias proprias habent. ccxxxix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BURCHARDI EPIS. VVORMAC.

& sacrificandi iuge officium est, semper debent ab huiusmodi consortio abstinere. Qui si contaminatus fuerit carnali concupiscentia, quo pudore vel sacrificare poterit tan usurpabit, aut qua conscientia, quove merito exauri se credit, cum dictum sit: Omnia munda mundis, continentur autem & infidelibus nihil mundum?

De laicis qui proprias ecclesias habent.

Caput CCXXXIX.

Ex concilio Remensi, presente Ludouico imperatore. cap. 5.

SI laici capellas proprias habuerint, à ratione & auctoritate alienum habetur, ut ipsi decimas accipiant, & de canes aut genitarias suas pascant, sed potius prebiteri ecclesiarum eas accipiant, & inde restaurationem ecclesiarum, & luminaria, & hospitem, ac pauperum receptionem exhibeant, & pro sancta Ecclesia, ac pro statu regni Dei misericordiam studiosè implorent.

De Ecclesiis monachorum. Cap. CCXL.

Ex concilio apud Cöfluentia, cui interfuit Henricus, & Carolus reges, cap. 6.

HOc quoque statutum est quatenus Ecclesia quorumcumque monachorum in singulis parochiis sita, & scoporum, ut decet, diuinitus subdantur regimini, & debita obsequia in exercendis ecclesiastica curae negotio sollicitè exhibeant, ipsi proculdubio monachi episcopis suis in omnibus obediant.

De illis qui dum suae proprietatis loca alicubi dare voluerint, decimam nusquam tradere se posse cognoscant. Cap. CCXLI.

Ex eodem concilio cui interfuit Henricus & Carolus reges, ca. 8.

SI quis vero laicus vel clericus, seu utriusque sexus persona proprietatis suae loca, vel res alicubi donare legauerit, decimationum prouentum priori Ecclesiae legitime signatum inde abstrahere nullam habeat potestatem. Quod si facere tentauerit, talis traditio irrita pronuducatur, & ipse ad emendationem ecclesiasticae coequeatur censura.

Finis Libri Tertij.